

CARMEN,
IN HONOREM SINGVLARI VIRTU-
TE DOCTRINAQUE PRÆEDITI IVVENIS, CHRISTIANI HENGKELII
Boppardensis, quum Magisterij laurea coronaretur in Florentissima Ingolstadiensi
Academia, Scriptum à Philippo Menzelio, ibidem P. P.



Væ genus humanum fœlici depulit horto
Caussa, eadem mentis radios, & lucida cœli
Semina restinxit, noctisq; immiscuit atræ,
Amplius ad uiuum ne sit cognoscere quicq;. 1569.
Primæus pactis nam dum pater ipse maneret,
Et fatale sua penderet in arbore malum:
Tum poterant oculis propioribus omnia cerni:
Tum coram penitus, manifesto in lumine, rerum
Sese ostendebat ratio, facilisq; patebat.
Ille, minutatim rimando singula lustrans,
Signabat, medio naturæ è fonte petitis,
Nominibus: uitamq; Deum securus agebat.
Fœlix ô, si fœlicem se credere posset.
Sed dira ambitione, tuq; insane ardor habendi,
Transuersum rapitis. Namq; illætabile pomum
Gustauere stimul, simul exauditur ab alto,
Haud unq; defleta satis, uox plena laborum:
Ite procul (nostri que uos obliuio cœpit?)
Ite procul, misericq; alias exquirite sedes,
Carduus asper ubi surget, tribuliq; tenaces,
Pro molli uiola, pro purpureis hyacynthis.
Vix & terra parens multumq; diuq; coacta
Difficilem reddet uictum: sudabitq; ipsi
Vescentes: uitamq; dolor circundabit omnem.
His dictis, demissus adeſt legatus Olympo.
Flammigerum quassans ensem: frustraq; dolentes
Trudit in exilium miserios. Iam tempore ab illo
Obtusa est acies animi, uelutiq; tenetur
Nubibus in medijs: rerum nec, ut ante, medullas
Inſpicit, at ueluti nebulamq; per, inq; uolucrum:
Quo pacto tectum densa inter nubila solem
Sæpe aliquis uidisse putat, quum candida forte
Obiicitur nubes, radijsq; imbuta nitescit.
Attamen ipse animus morituri corporis hospes,
Morte carens, (est quandoquidem certissima quedam
Effigies, instarq; Dei) nouisse laborat
Abdita: credo equidem, quia sit non immemor ille
Cœlestis patriæ, sua cui primordia debet,
Hic ubi summa quies, & uerè plena uoluptas,
Dispositæq; iacentstellata per atria caußæ,
Quæ nunc miramur, sine nube uidebimus olim.
Ergo recognoscens isthac, magno impetu fertur
Scitandi, & tacite primos aspirat ad ortus:
Ceu natale solum si quem sua culpa coegerit
Mutare exilio, charasq; relinquere terras,
Discedens oculos loca ad interdicta reflectit
Ille tamen, dulcesq; exul reminiscitur oras.
Hæc est illa famæ namq; saturata sciendi,
Quæ, comes ingenij meliori sydere natu
Addita precipue, fecundi ad flumina Nili
Traxit Aristoclem, quæ te Democrite traxit
(Credere quis posset) fodientem lumina cultro,
Ne dominam rapiant alia ad spectacula mentem.

Nec minus Euclyden eadem perdixit Athenas,
Inuisam hic patriam muliebri ueſte tegentem.
Hanc propter puto uelit exhaustire, Phœnichles
Dicitus ob id, uitamq; acri tolerare labore.
Hanc propter gazas alius, censuſq; parentum
In mare præcipitat: paupertatemq; uel ultrò.
Ingenij cotem, paſſis amplectitur ulnis,
Ut Sophiæ ſoli fugientes conſecret horas:
Fœlici Sophie, que res hominumq; Deumq;
Scrutatur, cauſasq; alta caligine merſas
Eruit, & monitis animum melioribus implet.
Magnus honos illam, nec præmia parua manebant
Temporibus præſcis, dum ius, reſtumq; piumq;
Non penitus toto pulsum fugiſſet ab orbe:
Omnia ſed nunc uersa retro: quæ maxima quondam
Cura ducum, regumq; fuit, ſapientia, paſſim
Conculcatuſ iacet, uarijsq; excepta cachinnis.
Nimirum Deus eſt, & poſidet omnia nummus:
Hunc colit, hunc toto nunc pectore mundus adorat.
At magis idcirco tua laus affurgit in altum,
HENGKELI, dubium, pietatené maior, an arte,
Qui, ſpreto nunq; ſapientis murmure uulgi,
Fortiter immensum Sophiæ conſeceris & quor.
Vrbis eſt, peruerteri BOPPARDIA nomine dicta,
Quâ Moſella tuas propè, Rhene bicornis, in undas
Confluit: aprici quam cingunt undiq; montes:
Vix liceat tam præſentem cognoscere Bacchum
Ullibi: ſic lœtis turgent in uitibus uiae,
Sic & flexanimo pollent ea uina ſapore.
Inde genus ducis, quod ibi quium ſanguine clarum eſt,
Tum probitate uiget. Primos pater urbis honores
Iam geſſit toties, ac geſſit auunculus hoſdem
VVILLENIUS, Muſas quo non impenſius uſq;
Alter amat. Nec te tacitum, uenerande, relinquam
RHODENI, cuius famâ mihi cognita tantum
Integritas, miro pectus succedit amore.
Tu dux conſiliq; quondam, princepsq; fuisti,
Noſter ut HENGKELIVS, Bacchi pro dulcib. agris,
Pierides coleret, contraria numina Baccho.
Fortè ibi tum teneræ custos etatis agebas,
Nunc, FRIDERICE, decus noſtri, LANDAVE, Ly= 1569.
Nuper & auguſto fulgens Rectoris amictu. (cci,
Aupſice te, Phœbi primum pugnauit in armis
HENGKELIVS, Treuiroſq; tui perenit amore,
Venit & in Bauaras, Iſter quas proluit, oras.
Aupſice te, lauri donatur fructibus ille:
Aupſice te, medio nunc & caput emicat oſtro:
Quod fœlix ipſi, patriæ nec inutile faxit
Et pater, & natus, quiq; eſt æqualis utriq;
Spiritus, ore triplex Numen, ſed uiribus unum.

DEO OPT. MAX. LAVS.

ALIVD,
ANTONII HILLESSE-
mij Gratulatorium populari
ſuo doctissimo D. Christiano
Hengkelio, patriæ & be-
neſicientiæ ergo.

Q Visquis in hunc mundū fixo ſe lumine conſert
Qui uidet Oceano lucentem ſurgere ſolem.
Aſtræq; multipli certò diſtincta figura
Consilio, terre tractus, ſortumq; parentis:
(Ut quia diuini ſunt numinis argumenta.)
Protinus ante ſuos proponat corpora ſenſus
Singula, que uitam diuine particula auræ
Vi ſuperum ducunt rationis luce refertam.
Vnde homini ſeries, cui mens eſt indita & ipſa
Signa uolumatis ceu lata ſede uagantur.
Hæc ui cœleſti ſi conſlipata ferantur
Aeternum peragrant (dictu mirabile) ſeclum.
Sic cui Iuſtitia ueneranda uolumina cordi,
Stelliferi aut cursus (quod continet omnia) cœlō
Naturæ ſcrutatur opus, ſeriemq; pererrat.
Et ſunt qui ſummo niſu, multa arte magistra
Culmina conſendant tantarum præmia laudum
Fœlix ille animi, diuiniq; ſimillimus ipſiſ,
Quem non blanda mouet fucato corde uoluptas
Sed potius ueram retinet ſine labo coronam,
Ut cum ſint patrijs egreſi finibus olim,
Turpe putent maniſſe diu, uacuumq; rediſſe.
Edocet hoc uates cui caco nomen Homerus,
Qui uocat illuſtre preclaro nomine Vlyſſem.
Quod pede tranſlit terræ, maria ipſa petiuit,
Multorumq; hominum mores cognouit & urbes.
Ne facile in cassis cum ſit uis improba abiret:
Sed mage quid uerum, reſtumq; malumq; uideret.
Nam qui perpetuo patrijs perſiſtit in oris,
Ut pice mus hærens nullus eſt aptus ad uſus.
Quin etiam latet hunc rerum prudentia uera,
Publica non huius res delectatur honore.
Ergo quod ingressus uite melioris in hortum
Conſilio genitoris in hanc peruenieris urbem
Angliopolim, ſtudio doctrinæ incenſus & arte
Quæ tibi uis diuina dedit doctore diſerto.
(Nam ſum magna: piis audire & reddere noxes)
Hanctibi pro meritis proceres, noſterq; Senatus
Dercernunt laurum, ſummos ſine fine triumphos.

Ingolſtadij excudebat Alexander
Vieffenhorn. Anno 1569.

IN HONOREM SINGULARI VIRTU
TE DOCTRINAE PREDICITI IAVANIS CHRISTIANI HENGKELI
Bopparigellus dñm Wsagifelj jnmcocoovatcm uLofetudisim jnlogifidieeu
Aengotm' Scipio m' P. philippa Mexicij oipidem P. B.

ANTONII HILDEBRANDI
Hildegardis de Bingen
describitur etiam
Hildegardis de Bingen
Gesetzeslernens
Cultus
Gesetzgebung
Antonii Hildebrandi

¶ 21. om. **N** arrodellion **V**

2013 RELEASE UNDER E.O. 14176